ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 5r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



trare quiuisses libellũ quempe&o, ut sagaci
examinatione percurras. &tuis faleramentis
fac&ae urbanitatis decorare studeas. Ne sciolis
fastidiũ gener&. &aures sapientiũ sermo incul-
tior cõmacul&. Sed ante quam ysagogen ad cal
cem pueniat, notandum ẽ, quod in quibusdam lo-
cis ueritatẽ uidelic& hystoriae semp pandens,
spiritalem moralemq; Intellegentiam inserere
nisi sumus inibi scilic&, ubi pdixisti, ut hystoria
ueritatem factorũ ac fidem relationis inculc&.
Et spiritalis Intellegentia ad caelestiũ figurarũ
secr&a pducat. &moralis persuasio ad meliora-
tionẽ uitae Inuit&. Ne solũmodo hystoria pres-
sus sed spiritalis, immò moralisque dulcedine cap-
tus lector excusationis inuenire possit anfractus.
sed ex hoc, cùm ambrosios coeperit decerpere
gustus, magis libenter campos doctorũ satagat
lustrare ouans latissimos. Uale. EXPLICT PREFAT.

INCIPIT TEXTUS OPUSCULI IN GENESIM
IN PRINCIPIO CREAUIT DS CAELUM
ET TERRAM